

*Isaac. Casaub. notis in Act. 1. it. B. Glass. Philolog. S. Lib. 3. tr.*  
*3. c. 3. p. 238. ubi etiam Græcum ἡγεῖσθαι ita variis ex Ser. lo-*  
*cis explicat, ut ipsam potius actionem, quàm ejus initium*  
*significare ostendat. Vid. hic etiam Max. Rev. Dn. D. Gottfr.*  
*Olear. Ad not. Bibl. Ejusq; Dn. Fil. Prof. Lips. celeberr. de stilo*  
*N. T. Si verò permanendi significationem obtinere di-*  
*cas, quam duo Chaldæi Interpp. Onkelos & Jonathan re-*  
*ceperunt, & ipse quoque Ludov. de Dieu Annot. posthumis in*  
*Genes. IX. minimè improbat, hoc potius inde elicitur, No-*  
*achum permansisse post diluvium terræ ac vineæ cultu-*  
*rem. Quæ ferè Vatabli quoque (not. ad b. l.) interpre-*  
*tatio est, quando prænotatis duobus hîc latentibus He-*  
*braïsmis, verbis illis, inquit, significari, non tunc primum*  
*colendis agris ac vitibus operam dedisse Noën, sed potius*  
*ipsum collecto animo, quantumvis esset senex rediisse ad agro-*  
*rum culturam & pristinas labores. An autè vinitor fuerit, in-*  
*certum esse. Ac certè plantationis vineæ mentio hîc fit non*  
*ut rei inauditæ vel inusitatæ, sed potius facer scriptor vi-*  
*neæ ideò hîc meminisse videtur, ut lector delicti vel eбри-*  
*etatis infrà commemorandæ occasionem ita perciperet.*  
*Quæ ipsa Excell. Dn. Prof. Frischmuthii, Patroni ac Præcept.*  
*nostri sanctè colendi, benevolè nobiscum communicata*  
*scitissima sententia est. Denique quando Judæi teste Mer-*  
*cerò l. c. ex nomine Noachi, quod sc. ab eadem literâ inci-*  
*piat, in quam Hebr. יין vinum definit, concludunt ad vi-*  
*num ab eo inventum, nemo est qui collectionis teme-*  
*ritatem non videat.*

§. 13. Monet nos jam, antequam ad alia transeamus,  
 quàm aliorum Autorum, tum Judæorum præcipuè depre-  
 hensa hîc curiositas, ut undè desumerit Noach vitem illam de-  
 nuò plantandam, quæve ansa aut ratione adductus severit  
 eam, paucis dispiciamus. Neq; enim à solitis hic etiã fabulis  
 absti-